

INDEX
LECTIONUM

IN

ACADEMIA ROSTOGIENSI

**SEMESTRI HIBERNO A. MDCCC^{LVII}
LVIII**

A DIE XV M. OCTOBRI

PUBLICAE PRIVATIMQUE HABENDARUM.

DE COMOEDIAE GRAECAE FRAGMENTIS

F. V. FRITZSCHII

PRAEFATUS EST.

LITERIS ADLERIANIS.

LEKTION 1

ACHTUNG! ACHTUNG!

BEI DER VERANSTALTUNG AM 1. NOVEMBER 2010

UM 10.00 UHR

IN DER SAALHOLLE

DE FACHBEREICH

WIRTSCHAFTSWISSENSCHAFTEN

Eupolis. Binos chori (i. e. coryphaei) senarios jam antiqua tragoedia novit, ut Aeschylus in Persis v. 510 sq., ibid. v. 845 sq. inprimis in *στυχομυθία*, veluti Prometh. 698 sq. At recentiores tragici etiam longis Aeschylei chori canticis binos coryphaei trimetros crebro substituunt, sicuti Sophocles quum alibi tum in *Antigona* v. 278 sq., ib. v. 471 sq., ib. v. 681 sq., ib. v. 1326 sq. et saepissime Euripides, ut in *Supplic.* v. 193 sq., ib. v. 250 sq., ib. v. 332 sq., ib. v. 463 sq., ib. v. 511 sq. ex emendatione Elmsleji, ib. v. 564 sq. et in *Oreste* v. 542 sq., ib. v. 605 sq., ib. v. 1153 sq. eodemque modo in caeteris Sophoclis atque Euripidis fabulis, Aeschyli non item. Auctis enim productisque diverbiis praelongi quos Aeschylus habet chori partim imminuendi erant, partim etiam omittendi videbantur. Sic Euripides in *Medea* post v. 520 non antiquissimorum tragicorum more totum chori canticum, sed tantum hoc par senariorum interposuit, *XOP. δεινὴ τις ὄργη καὶ δυσίατος πέλει, | ὅταν φίλοι φίλοισι συμβάλωσ' ἔριν.* Ad quem locum haec habet scholiasta: ἡ διστιγία (ita Elmslejus; codices *δυστυγία*) τοῦ χοροῦ ἐστὶ κατὰ δὲ τοῖτους (Hermannus addit τοὺς χρόνους) ἤδη τὰ τῶν χορῶν ἡμαύρωτο (ita Hermannus pro ἡμαύρωται). τὰ μὲν γὰρ ἀρχαῖα (hic ego insero τὰ πλείστα) διὰ τῶν χορῶν ἐπετελεῖτο. ὅθεν ὁ Εὐπολὶς φησί, τί χορὸς οὗτος, κλαίειν εἰπόμεν πυράμου, (pro πυράμου duo codd. Florentini *πυρανί*) ἢ ἡ κατὰ ταῦτα ἱαμβεῖα (duo addunt iidem codices). Non recte Matthiae ad Eurip. V p. 370 et Meinekium *Fragm. Com. II. I p. 568* postrema ἢ ἡ κατὰ ταῦτα ἱαμβεῖα δύο scholiastae tribuunt, in quibus haud dubie verba latent Eupolidis. Neque Elmslejus dicere debebat, „manifesto scribendum esse τίς χορὸς οὗτος;“ Nec vero metrum anapaesticum tetrametrum esse potest, uti visum est Elmslejo ad *Med.* v. 507, Meinekio l. l. et Hermannus ap. *Meinekium Fragm. Com. Vol. V. P. I p. 40.* Immo et in verbis utcunque corruptis certa insunt trimetrorum vestigia, nec mirum est, Eupolin ad irridendos duo Euripidis trimetros sibi quoque duobus trimetris utendum putasse. Restat Hermannii conjectura: ὅθεν καὶ Εὐπολὶς φησιν, „τίς χορὸς οὗτος; κλαίειν εἰπόμεν ἀθυρμάτι' ἅττα τοιαῦτα.“ Profecto tantum abest, ut haec sit „egregia corruptissimi scholii emendatio,“ quemadmodum Meinekio visum est, ut in ista conjectura nihil quidquam veri inesse possit. Hermannus non modo a verbis sed ab ipsa sententia, quae minime pendet a solis scholiastae verbis τὰ τῶν χορῶν ἡμαύρωτο, certe aberravit. Quum enim et scholiasta Eupolidis locum ad Euripidei chori ἱαμβεῖα δύο attulerit, et in ipsis Eupolidis verbis codices haec eadem vocabula ἱαμβεῖα δύο servarint: luce clarius est, Eupolin binos istos Euripidis senarios diserte commemorasse. Illos ipsos igitur, qui in

totius cantici locum successerant, recentioris tragoediae senarios binos sine dubio Eupolis notavit. Quae quum ita sint, corruptum locum sic restituo: ὅθεν ὁ Εὐπόλιδος φησὶ χορός·

[, Ἀτὰρ] τίς ὁ κλάων οὗτος ἐστ'; εἴπωμεν οὖν

Εὐριπίδῃ κατὰ ταῦτ' λαμβείω δύο.“

Possis etiam [ἔα] τίς ὁ κλ., collato simili loco Aristoph. Nub. 1260 ΣΤΡ. ἔα | τίς οὐτοσί ποτ' ἔσθ' ὁ Θρηνῶν; οὐ τί που | τῶν Καρκίνου τις δαιμόνων ἐφθίγξατο; Deinceps cum his Εὐριπίδῃ κατὰ ταῦτ' comparare licet Lucian. Eunuch. c. 8 ἀμφίβολόν τι ζῶον εἶναι κατὰ ταῦτὰ ταῖς κορώναις, ibid. c. 9 ἄχρι τοῦ καὶ θύνειν αὐτῷ κατὰ ταῦτὰ τοῖς θεοῖς et Muscae Encom. c. 1 ἐπτιέρωται δὲ οὐ κατὰ ταῦτὰ τοῖς ἄλλοις. Nempe ut in extremis Rannis Aristophanes, sic etiam Eupolis Aeschylō ita adsensus est, non ut Sophoclem ejusque minutos choros, sed unum Euripidem quasi recentioris tragoediae parentem atque Aeschyli adversarium castigaret. — Crates. Proverb. Bodlej. Vol. I p. 444 Leutsch. Οὐκ ἄσκιον: εἴρηται ἐπὶ τῶν τὰ κενὰ δεδοκότεων· Κράτης Ἡρώσειν· οὐκ ἄσκιον γ' ἐμορμολύντεται αὐτούς. Eadem integrum habet Hesychius, Οὐκ ἄσκιον: οὐκ ἄσκιον μεντᾶρ' ἐμορμολύντεται αὐτούς, εἴτα δ' ἐστ' ἀληθῆ (ita codex, at Musurus εἰ τὰδ' ἐστ' ἀληθῆ). παροιμία ἐπὶ τῶν καὶ τὰ κενὰ δεδοκότεων· ἐπεὶ κενὸς ὁ ἄσκος. Eodem spectant Photius p. 359, I, Suidas s. Μορμολύντεται, Diogenianus II, 65 p. 206 L., Apostolius IV, 10 p. 311, e quibus nil proficias. Haec igitur olim ita correxi, „Οὐκ ἄσκιον μεντᾶρ' ἐμορμολύντεται | αὐτούς ἄν, εἰ τὰδ' ἐστ' ἀληθῆ;“ i. e. „nonne vero vel utriculo eos perterrefaceret, si quidem haec vera sunt?“ Voculas μέντοι et οὐ μέντοι in interrogatione explicavit Hermannus ad Viger. p. 841 ed. IV, cujus locis addo Phrynichum ap. Athen. IV p. 184, f, Eubulum ap. Athen. XIII p. 559, b v. 13 et Arist. Nub. v. 787. Meinekius autem in Hist. Crit. p. 64 et Fragm. Com. II P. I p. 235 ita conjecit, Οὐκ ἄσκιον μεντᾶρ' ἐμορμολύντεται | αὐτούς, ἐπεὶ τὰδ' ἐστ' ἀληθῆ. At barbarā ista forma μορμολύντεται, qua jam olim Valckenario duce Lucianum in Quaestt. Luc. p. 205 liberavi, Byzantinos grammaticos primum usos esse censeo. In Hesychio Ἐμορμολυκτοῦτε: ἐδεδίτεσθε Musurus edidit; at codex ἐμορμολύκατε: ἐδεδίτεσθαι. Falso Meinekius l. l. „scribe, inquit, ἐμορμολύντεται.“ Immo vero scribe: Ἐμορμολυκτοῦτε: ἐδεδίτεσθε. Frequentativa hujusmodi Activa sunt, sive ab activis derivantur, ut σκαρδαμύσσειν σκαρδαμυκτεῖν, sive a Mediis ut μορμολύσσεσθαι μορμολυκτεῖν (territare), ὀρέγεσθαι ὀρεχθεῖν, ψεύδεσθαι ψευστεῖν. In Cratete Meinekius postea forma μορμολύντεται tandem ipse offensus in Fragm. Com. IV p. 658 sive V P. I p. 25 ita conjecit, οὐκ ἄσκιον μεντᾶρ' ἐμορμολύντεται | αὐτούς, ἐπεὶ τὰδ' ἐστ' ἀληθῆ, quae nisi interrogatione addita non magis intelligo. Denique idem vir egregius in edit. minor. p. 79 Cratetis verba ad tetrametros revocare maluit, quod fieri vix ulla ratione potest. Ex eodem poeta et fabula eadem aliud proverbium a Polluce X, 90 in Falckenburgi codice servatum est: καὶ κἀνήτα μὲν Κράτης ἐν Ἡρώσειν εἶπεν „ὁ κἀνὶς δὲ τῆς κύτης ὑπερέχειν μοι δοκεῖ.“ Certatim „ὁ κἀνής δὲ τῆς κοίτης ὑπερέχειν μοι δοκεῖ“ a Bentlejo, Porsono, Meinekio emendatum est itaque ii grammatici legerunt, qui hoc proverbium ita scriptum attulerunt, ὁ κἀνής τῆς κοίτης ὑπερέχει, veluti Photius p. 324, 17. Vim proverbii ipsam optime paroemiographus T. I p. 438 ed. L. perspexit: Ὁ κἀνής τῆς κοίτης ὑπερέχει: ἐπὶ τῶν τὰ μὴ ἀναγκαῖα μείζω καὶ πλείω τῶν ἀναγκαίων κεκτημένων. Κοίτη γὰρ ἡ κίστη, εἰς ἣν τὰ βρωτὰ ἐμβάλλουσι, κἀνής δὲ τὸ ἐπίθεμα τῆς κοίτης. Huc accedit, quod apud Pollucem e toto sententiarum

nexu apparet, v. *κοίτη* a Cratete de ciborum cista dictum esse, uti paullo post etiam ab Eupolide et Pherecrate, praesertim quum ille in toto capite de mensa egerit. Denique ὁ *κάνης* omnino est τὸ ἐπίθεμα, sicuti τὸ *κάνειον* ab Hippocrate De Morbis Mul. L. II p. 648 ed. Foes. de ollae operculo dictum est. Hoc igitur Crates intelligi voluit: „Der Deckel ist größer, als das Gefäß.“ Restat, ut hoc Graecorum proverbio illustremus latinum, quod errorum tenebris obrutum jacet. Varro apud Nonium p. 206, 24 „Fulmentum neutro, ut est in proverbio veteri, quo Varro utitur saepius: Fulmenta lectum scandunt.“ Et antiquissimus quidem error ipsius Varronis est, qui quum v. *κοίτη* mire de lecto accepisset, proverbium nostrum ὁ *κάνης τῆς κοίτης ὑπερέχει* subridicule interpretatus est: fulmenta lectum scandunt, h. e. die Bettfüße sind größer, als das Bett. Sed Varronis interpretes quum hoc latinum proverbium ex illo graeco Cratetis unice ductum esse nescivissent, et de fonte latini proverbii et de ipsa ejus sententia in errores inciderunt gravissimos, quos persequi longum est. Vide Scaligerum ad Varronem L. L. II p. 114 ed. Bip., Taubmannum ad Plaut. Trinumm. III, 2, 94 et F. Oehlerum De Varronis Saturar. Menipp. Rell. p. 239. Plerique falso opinati sunt, Varronis proverbio significari, praeesse velle, quod subesse debeat comparato post Scaligerum graeco proverbio Ἄνω ποταμῶν. At hoc quidem proverbio Graeci nihil aliud unquam designarunt nisi hoc unum, quod in Germanorum proverbio est „die verkehrte Welt.“ — Eupolidis, Cratetis aliorumque fragmenta multifariam corrupta ex Erotiani scholiis Vaticanis in Hippocratem nuper edidit C. Darembergius (notices et extraits des manuscrits médicaux p. 215 sqq.), quorum versuum partem emendare studebo. Erotianus igitur ut v. τὸ *κοχώναι* etiam τὰ *σφαιρώματα* (i. e. τὰς *πυλὰς*) significare ostendat, his quoque locis utitur: καὶ *Εὐπολὶς ἐν Κόλαξιν* „οἷς καλῶς μὲν τυμπανίζει | καὶ ἐπικινεῖ ταῖς κοχώναις | καὶ πείθει ἄνω σκέλη, καὶ ἐμβάπτει· καὶ τὸν Κέκροπα φασιν τὰ ἄνωθεν (ita opinor codex cum articulo τὰ) ἄνθρωπος ἔχειν | μέχρι τῶν κοχωνῶν, τὰ δὲ κάτωθεν θυμνίδος.“ Primum Duebner apud Darembergium p. 216 recte vidit apud scholiastam lemmatis fabularum transpositis ita scribendum esse, καὶ *Εὐπολὶς ἐν Βάπταις* — σκέλη, καὶ ἐν Κόλαξι —. Nam in Baptis prior locus exstitit teste Athenaeo IV p. 183, f, qui de trigono disserens haec habet: *Εὐπολὶς δ' ἐν Βάπταις φησὶν* ὅς καλῶς μὲν τυμπανίζει, | καὶ διαψάλλει τριγώνοις. Non minus recte Duebner secundum versum qui apud scholiastam deest, ex Athenaeo supplevit. Describitur symphoniacus exoletus (ut olim ex uno Athenaeo vidimus Lobeckius Aglaoph. p. 1016, ego Quaestt. Arist. p. 213 et Meinek. Hist. Crit. p. 335) idemque mollis saltator hic quidem similiter atque in Vespis v. 1492, v. 1525 et v. 1530. Hinc in Baptis ita corrigo,

Ὅς καλῶς μὲν τυμπανίζει,
καὶ διαψάλλει τριγώνοις,
ἐπικινεῖ ταῖς κοχώναις,
κἀνατείνει τὸ σκέλη.

V. 1. Athenaeus *τυμπανίζει*, pro quo Duebner e scholiasta bene scripsit *τυμπανίζεις*. V. 2 *διαψάλλει* Athenaeus, quod jure probatum Schneidewino et Henrico Jacobi ap. Meinekium Fragm. Com. V P. I p. LXX. Frustra Duebner *διαψάλλεις* conjecit. V. 3. Pro καὶ *ἐπικινεῖς* male Duebner *κἀπικινεῖς*, recte vero C. G. Cobetus Varr. Lectt. p. 221 *κἀπικινεῖ* correxit probante Henrico Jacobi. V. 4. Quod in scholiastae verbis est *πείθει ἄνω*, id mendum esse scito perdifficile. Goettlingius, Schneidewinus, Cobetus l. l. et H. Jacobi conjecerunt καὶ *τιθεῖς ἄνω σκέλη* suffecto verbo haud sane apto, omisso autem qui deesse nequit articulo. Ego meam conjecturam *κἀνατείνεις τὸ σκέλη* praestare ausim, praeterquam quod etiam Medio *κἀνατείνει* locus est. Hoc ambigue dictum non modo in saltatorem cadit verum etiam in

mulierem et pathicum, quum mulierum sit αἶρειν τῷ σκέλει in Arist. Eccles. v. 265, Pac. 854, Avv. 1254, Lysistr. 799. „O tu, inquit, qui pulchre tympana pulsas et quem circumsonant trigona et qui ceves clunibus ac tollis crura.“ Tum in altero loco, qui non e Baptis sed ex Adulatoribus petitus est, pro illis φασιν τὰ ἄνωθεν ἀνδρός corrige verbis transpositis τᾶνωθεν ἀνδρός φασ' hunc in modum:

„Καὶ τὸν Κέκροπα τᾶνωθεν ἀνδρός φασ' ἔχειν
μέχρι τῶν κοχωνῶν, τὰ δὲ κάτωθεν θυνηίδος.“

Priorem versum neque Duebner neque Goettlingius recte emendarunt, sed nostram correctionem nunc occupavit Nauckius probante Henrico Jacobi ap. Meinekium Fragm. Com. V P. I p. LXXVIII. Neque Goettlingius mirari debebat, Cecropem comicum in piscem feminam desinere, quod ipsum necessarium est. Nam Cecrops διφυῆς fictus ut justi matrimonii auctor ideoque partim mas creditus est partim femina. Sed in scholiis, quae supra dixi, Vaticanis continuo haec addita sunt: καὶ Κράτης ἐν Σαλαμυνίοις (corrige cum Darembergio Σαμίους) φησὶν „ἔπαιξαν γυναῖκες αἱ τε ὀρχηστρίδες καλαί, | ἐπὶ κοχωνῶν τὰς τρίχας καθειμέναι.“ Non recte haec correctae neque a Duebnero neque Goettlingio, neque ab H. Jacobi l. l. p. L, quorum nullus cogitavit atticum verbi παίζω aoristum ἔπαισα fuisse. Ego vero sic conjicio:

ἐπῆξαν αἱ τ' ὀρχηστρίδες [καλλαι] καλαὶ γυναῖκες
μέχρι τῶν κοχωνῶν τὰς τρίχας καθειμέναι — — —

Ab initio licet etiam ἐσῆξαν (irruerunt) collato Nub. v. 543 οὐδ' εἰσῆξε δᾶδας ἔχουσ' — — — **Eupolis** apud Hesychium, Δούλων πόλις: Εὐπολις ἐν Μαρκᾷ. κώμην γὰρ λέγει, Δούλων πόλιν. ἔστι δὲ ἐν Κρήτῃ καὶ Αἰβύῃ. Ita Alberti edidit. At ipse codex: „Δούλων πόλις, εὐπομα μαρκαῖον κώμην γὰρ λέγει δούλων πόλιν, ἔστι δὲ ἐν κρήτῃ καὶ λίβους.“ Fugit criticos, ipsius Eupolidis hic trimetrum latere, quem ita redintegro, Εὐπολις Μαρκᾷ· οὐκ, ὥρμην γὰρ ὅτι [sive ὡς pro ὅτι] λέγει [sive λέγοι] δούλων πόλιν“ i. e. „non; putabam enim eum servorum urbem dicere.“ Cf. Arist. Pac. v. 850. Servorum urbis quum alii comici meminerunt, tum Anaxandrides ap. Athen. VI p. 263, b. Cf. etiam Suidas s. Δούλων πόλις, qui apte Philippi urbem comparat „Πονηρόπολις.“ — **Eupolis** ap. grammaticum Bekkeri Anecd. p. 327, 10 Ἀγκυρίσας: κάμψας τὸν πόδα· σῆμα δὲ ἐστὶ παλαιστρικόν. Εὐπολις Ταξιάρχους. Etsi duobus poetis et eodem verbo et forma verbi eadem uti omnino licuit: tamen vereor, ne lemma Εὐπολις Ταξιάρχους ad aliam potius glossam vicinam quam ad v. ἀγκυρίσας spectaverit, ipse autem grammaticus post παλαιστρικόν perrexerit Ἀριστοφάνης Ἰππεῦσιν. Nam ἀγκυρίσας in Equitibus v. 262 exstat, qua ipsa auctoritate utitur Antiatticista p. 81, 4 Ἀγκυρίσαι: ἐπὶ τοῦ παλαίσματος. ἀγκυρίσας ἔρρηξεν Ἀριστοφάνης Ἰππεῦσιν. Ita editum est a Bekkero. At quum in Equitum loco tantum ἀγκυρίσας legatur, ἔρρηξεν non item: Hermannus et Meinekios in Fragm. Com. II P. I p. 529 sive p. 203 edit. minor. verba ἀγκυρίσας ἔρρηξεν non Aristophanis sed Eupolidis fuisse conjecerunt sane infelicitate. Immo Antiatticistae locus ita corrigendus est, Ἀγκυρίσαι: ἐπὶ τοῦ παλαίσματος „ἀγκυρίσας“ εἶρηκεν Ἀριστοφάνης Ἰππεῦσιν. — **Eupolis** ap. Pollucem X, 63 „ἀλλ' ὃ φίλε Ζεῦ κατάχνηλον τὴν ῥὴν ἔχεις.“ Pro ἔχεις corrige ἔχει collato Avium v. 672, ut verba ὃ φίλε Ζεῦ minime alloquentis sint, sed mirantis. Tum Salmasi conjectura καταχνηλον illo ipso Avium versu commendatur. — **Eupolis** ap. Orionem Anth. p. 54 Εὐπόλιδος „ὡς πολλὰ γ' ἐν μακρῷ χρόνῳ γίνεται μεταλλαγῆται πραγμάτων· μένει δὲ χρῆμ' οὐδὲν ἐν ταύτῳ ὀνθυμῷ.“ Recte haec metro etiam perspecto unus correxit Schneidewinus, praeterquam quod non μεταλλαγαὶ sed μεταλλαγή scribebatur erat hoc modo,

„Ὡς πολλά γ' ἐν μακρῷ χρόνῳ γίνεται μεταλλαγή
τῶν πραγμάτων μένει δὲ χρημ' οὐδὲν ἐν ταύτῳ ὑσμῶ.“

Idem metrum in hoc Theopompi versu inesse ap. Zonaram Lex. p. 620 „ἀλλ' εἰ δοκεῖ, χρη
ταῦτα δρᾶν“ εὐδοεῖν πορεύομαι“ non latuit Meinekium (Fragm. Com. II P. II p. 818), qui
idem εὐδοῶν pro εὐδοεῖν frustra conjecit. Immo εὐόδει scribendum erat personis ita dis-
positis,

A. ἀλλ' εἰ δοκεῖ, χρη ταῦτα δρᾶν. B. εὐόδει. A. πορεύομαι.

Tum Stephanus Byz. p. 619 ut etiam ὁ Πάρνης dici ostendat, haec affert: Ἐμφανῆς (Ἐν-
φανῆς cod. Rehd.) ἐν Πυραίνῳ „ἐς κόρακας ἤξω φέρων (τε add. Rehd.) δεῦρο τὸν
Πάρνηθ' (Πάρνηθος Rehd.) ὄλον.“ Hic Meinekium (T. V p. 78) non bene γὰρ inseruit
versu trochaico. At vix dubito, quin illud ipsum metrum, quod ex Eupolide et Theopompo
attuli, ita restitui debeat:

[Οὐκ] ἐς κόρακας; ἤξω φέρων δεῦρο τὸν Πάρνηθ' ὄλον.

Plane sic Οὐκ ἐς κόρακας; in Pluto v. 394 et Ran. 607 exstat. Hoc metro, quod ab He-
phaestione p. 94 Archilochi auctoritate confirmatum est, Aristophanem quoque in Avibus
v. 1755 sqq. uti videmus. Denique in Stephani loco pro Ἐμφανῆς aut cum Meinekio Hist.
Crit. p. 37 Ἀντιφάνης aut mecum Ἀμφίς corrigendum est. Nam, ut recte ipse Meinekium
Hist. Cr. p. 405, Alexidis et Amphidis summa est in fabularum titulis similitudo. Atqui
Alexis certissime scripsit Πύραννον fabulam, quam nullam novimus Antiphanis ac ne Am-
phidis quidem, sed praeter Alexin unius Aristophonis ap. Polluc. IX, 70. — In Platone ap.
schol. Rav. ad Arist. Thesmoph. 808 versu quarto pro eo quod codex habet πῶς οὖν ἦν
ἔχω νοῦν; Meinekium (II P. II p. 670) malam recepit Bekkeri conjecturam, πῶς ἦν ἔχω
νοῦν; At recte ego ad Thesmoph. p. 312 correxeram „πῶς νοῦν; ἔχω νοῦν.“ eodemque
modo Hanovius. Ita plane loquitur Aristophanes in Pluto v. 356 πῶς οὐδὲν ὑγιές; —
Callias ap. Suidam s. Ἀράχνη, qui grammaticus quum de masculino ὁ ἀράχνης (araneus)
disputasset, ita perrexit: λέγουσι δὲ καὶ ἀραχνικά ἀπὸ τῆς ἀράχνης ὀρθῆς. Καλλίας Κύ-
κλωψιν „ὥσπερ ἀραχνικός τὴν ὁδὸν προφοροῦμένῳ“ (ita recte Bernhardius e codice pro
προφοροῦμένῳ). Prima verba usque ad Κύκλωψιν eodem modo scripta habet grammaticus
Bekkeri in Anecd. p. 442, 2. Ego vero ita corrigo utrobique: λέγουσι δὲ καὶ ἀράχνηκα
ἀπὸ τῆς ἀράχνης ὀρθῆς ideoque Calliae versum ita scribo, „ὥσπερ ἀράχνηκες τὴν ὁδὸν
προφοροῦμένῳ.“ Cf. Hesychius, Ἀράχνηκες: ἀράχνη. Sicuti ὁ μύρμος ac saepius etiam
ὁ μύρμηξ dicitur, ita fere et ὁ ἀράχνης et rarius ὁ ἀράχνης dici potuerunt. — **Aristophanes**
ap. Herodianum περὶ μόν. λέξ. p. 8, 33 Ἀγχομενός „γενναῖα βοιώτιος ἐν ἀγχομενοῦ“
Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς. Anapaestum dimetrum dubitanter ita redintegrō, „γενεὰ Βοιω-
τὶς ἐν Ἀγχομενοῦ“ proles Boeotica (i. e. anguilla) in Anchomeni aedibus. Cf. Lehrsium
ad Herodian. p. 21. — Ex **Eubuli** comoediis ea quae EIPHNH dicitur, eximenda est,
quum in corrupto Antiatticistae loco hoc elegium exstet neque alibi usquam. Qui gramma-
ticus quum p. 86, 26 vocem γοργός „ἐπὶ τοῦ ταχέος ἢ ἀνδρείου“ ex Aristophanis Pace
(scil. v. 557 ed. Bekk.) attulisset his usus verbis: ἐλέγχει δ' αὐτοὺς Ἀριστοφάνης Εἰρήνην,
continuo ita perrexit: Γέμειν τὴν ναῦν μόνον φασὶ δειν λέγειν, τὰ δ' ἄλλα μεστὰ
λέγειν. ἐλέγχει δ' αὐτοὺς Εὐβουλός Εἰρήνην. Antiatticista igitur priore loco Ἀριστοφάνης
Εἰρήνην certo scripsit, altero non scripsit Εὐβουλός Εἰρήνην, sed hic quidem vox Εἰρήνη
haud dubie depravata est. Fortasse corrigendum est, ἐλέγχει δ' αὐτοὺς Εὐβουλός Εὐ-
ρῶπην. — **Eubulus** ap. Athen. X p. 417, d — „ὥς χεζητιῶν | μακρὰν βαδίζων, πολλὰ δ'
ἐσθίων ἀνῆρ, | δάκνων τὰ χεῖλη, παγγέλοιός ἐστ' ἰδεῖν.“ Absurdum istuc ἐσθίων natum

est e vicinis locis, in quibus ἐσθίων et πολλὰ δ' ἐσθίων recte scripta sunt. At in Eubulo aut mea conjectura, μακρὰν βαδίζων, πολλὰ δ' ἰδίων ἀνήρ (i. e. multum sudans) sequenda est aut Dobraei, μ. β. πολλὰ δὲ στένων ἀνήρ. — Anaxilas ap. Athen. X p. 416, e, „Διαφραγῆτω χᾶτερος δειπνῶν τις εὖ, | μὴ Κτησίας μόνος.“ Pro εὖ corrigo αὖ, quod idem vitium olim ex Aristophane sustuli probante Bergkio ap. Meinekium Fragm. Com. p. 247 ed. minor. — De Dionysi loco ap. Athen. IX p. 404, e — 405, d egregie meritis est Meinekii non correctis tamen postremis versibus, a quibus totius ῥήσεως intellectus pendet. Post versum παραθῶ - Ἀττικῆς ita pergunt edd. ante Schweighaeuserum:

ἐξ ἀντλίας ἦκοντι καὶ γέμοντι φορτικῶν μοι βρωμάτων
ἀγωνίας, εἰ μὴ ποιήσω νυστάσαι παροψίδι.

Libri omnes ἦκοντι, pro quo recte Meinekii ἦκοντα, loco caeteroqui non bene constructo. Ibidem γέμοντι Aldina, pro quo γεμων τε τι (sic) Venetus, γέμω τε τι Palatinus, γέμον τε τι Laurentianus. Recte Meinekii γέμοντ' ἔτι. Deinceps Aldina φορτικῶν, pro quo omnes codices φορτηγικῶν. Recte Meinekii φορτηγικῶν. Tum libri omnes ἀγωνίας, quod frustra Emperius defendit. Meinekii hic valde nutat; modo enim conjicit ἀγωνίας (Praefat. ad Menandr. p. XVII ed. I), modo infelicitur conjicit ἀναγωγίας (Fragm. Com. III. p. 549), modo etiam Emperio adsensus ἀγωνίας retinet (Fragm. Com. V p. 93 et p. 779 ed. minor.). Ex his conjecturis unica ἀγωνίας haud procul a vero abest, caeterae sunt non nauci. Primum igitur versus 40 παραθῶ τε δειπνον ὅζον αὖρας Ἀττικῆς fine sententiam quoque finitam esse non vidit Meinekii, eoque versus totos male transposuit, viderat vero Schweighaeuser in versione (T. III p. 501), quem Emperius secutus pro his ἐξ ἀντλίας recte ἐξ ἀντλίας δ' scripsit. Tum pro voce ἀγωνίας haud dubie scribendum erat κἀγωνίας i. e. 'et nausea', qua pleni etiam latine 'timidi' dicuntur ut a Plauto in Bacchid. I, 1, 73; aliud vero est nausea, aliud cibus nauticus, ut v. καὶ deesse nequeat. Denique gravissimum mendum adhuc residet εἰ μὴ, cujus loco τῇμῃ necessario corrigendum est. Sic igitur Dionysius scripserat:

Ἐξ ἀντλίας δ' ἦκοντα καὶ γέμοντ' ἔτι
φορτηγικῶν μοι βρωμάτων κἀγωνίας
τῇμῃ ποιήσω νυστάσαι παροψίδι.

'Hominem, inquit, qui e maris sentina venerit et adhuc repletus sit nauticis cibis atque nausea, cum meo obsonio faciam, ut obdormiscat.' Verba sunt coqui gloriosi, qui quaesitissimos cibos paraturus erat nautae eique heluoni cibi capacissimo, ut e v. 37 apparet. Hinc v. 43 ποιήσω νυστάσαι aut sic accipio: 'faciam ut exsatiatus obdormiscat', aut si forte nauta iste a Simmii rixosus clamator dictus erat, ita interpretor: 'meo obsonio quietum ac placidum reddam.' Non magis critici viderunt, huic nautae Simmii coqui erum daturum fuisse coenam viaticam, quae res cujus modi fuerit, e Plauto Bacch. I, 1, 61, ibid. III, 6, 8, Epidic. I, 1, 6, Amphitr. I, 1, 8 satis constat. — Quod restat, faciam id quod facere jussus sum Vosque alloquar, Commilitones. Speramus igitur atque confidimus, Vos lectionibus, quas hic subjectas videbitis, non sine magna quadam diligentia usuros esse.

INDEX LECTIONUM.

In ordine theologico.

- D. Gustavus Fridericus Wiggers, P. P. O.,** Academiae Senior, h. t. Decanus, privatim 1) encyclopaediam et methodologiam theologicam quinque diebus tradet h. VIII; 2) dogmatum historiam senis diebus enarrabit h. IX. Publice theologiam pastorem, legum ecclesiasticarum Mecklenburgicarum ratione habita, praecipiet binis diebus h. XII. In Seminarii sodalitia catechetica sodalium exercitationes horis constitutis moderari perget.
- D. Otto Carsten Krabbe, P. P. O.,** 1) privatim quinque dd. h. IX recentioris ecclesiae inde a sacrorum instauratione ad nostra usque tempora historiam enarrabit; 2) privatim senis dd. h. X et die Saturni h. IX theologiam dogmaticam tradet; 3) publice in Seminarii sodalitia homiletica sodalium exercitationes dd. Martis et Mercurii h. II moderari perget.
- D. Fridericus Adolphus Philippi, P. P. O.,** privatim 1) isagogen in libros Novi Testamenti tradet quinque h. IV; 2) epistolam ad Hebraeos interpretabitur quinque h. III; 3) publice exercitationes theologicas moderabitur horis binis.
- D. Michaelis Baumgarten, P. P. O.,** 1) privatim historiam et doctrinam Pauli apostoli exponet quinque h. XI—XII; 2) privatim libros Danielis et Sachariae interpretabitur quinque h. XII—I; 3) publice elementa chaldaica docebit horis binis; 4) publice exercitationes exegeticas moderari perget horis binis.

In ordine juridico.

- D. Fridericus Raspe, P. P. O.,** tradet principia juris criminalis communis et megapolitani, duce Heffter, quinque h. X et sexies h. XI.
- D. Otto Mejer, P. P. O.,** h. t. Decanus, jus publicum germanicum docebit quinque per hebdomadam h. XII, Encyclopaediam jurisprudentiae quinque h. III.
- D. Georgius Guilielmus Wetzell, P. P. O.,** Pandectas senis diebus h. XII et ternis diebus h. IV, nec non jus hereditarium ternis diebus h. IV Puchta duce docebit, scholis matutinis quadrantem horae, scholis pomeridianis semihoram assumens.

- D. Hermannus Augustus Schwanert, P. P. O., tradet 1) Institutiones juris Romani, sexies h. XII; 2) Historiam juris Romani quinquies h. IX.**
D. Paulus Roth, P. P. O., 1) historiam Juris Germanici quinquies h. IX; 2) Jus feudale Mecklenburgicum quinquies h. XII docebit.

- D. Theophilus Henr. Fr. Gaedcke, 1) encyclopaediam juris h. c. profitebitur; 2) processum judicarium civilem quum communem tum Megapolitanum h. c. duce Martino docebit; 3) scholam civilem eamque practicam h. c. moderabitur; 4) privatissime repetitoria et examinatoria comilitonibus offert.**

In ordine medico.

- D. Henricus Spitta, P. P. O., h. t. Decanus, commodis horis: 1) de praecipuis infantum morbis disseret; 2) medicinam forensem in usum medicorum et jurisconsultorum docebit.**
D. Carolus Strempel, P. P. O., docebit: 1) artem operationum chirurgicarum et ophthalmiatricarum cum demonstrationibus et exercitationibus in cadaveribus conjunctam quater p. h. hor. IV et 2) Clinicum chirurgicum quotidie hor. X et dimidia moderabitur.
D. Hermannus Stannius, P. P. O., disseret: 1) de anatome comparata horis quaternis; 2) de singulis physiologiae capitibus horis ternis; 3) exercitationes anatomicas et physiologicas practicas horis senis moderabitur.
D. Carolus Bergmann, P. P. O., 1) anatomes c. h. partem primam tradet; 2) exercitationes anatomicas assistente Prosectore L. Gronau dirigit.
D. Gustavus Veit, P. P. O., 1) artem obstetriciam quater p. h. horis adhuc definiendis docebit; 2) de morbis mulierum binis horis disseret; 3) exercitationes practicas in Clinico obstetricio quotidie h. VIII moderabitur.
D. Theodorus Thierfelder, P. P. O., 1) pathologiae et therapiae specialis partem priorem quaternis diebus h. IV tradet; 2) exercitationes practicas in Clinico medico senis diebus h. IX moderabitur.

- D. Joannes Schroeder tradet: 1) pathologiam et therapiam generalem; 2) medicinam forensem; 3) pathologiam et therapiam morborum psychi-
 corum. Examinatoria et repetitoria de quavis artis medicae parte cupien-
 tibus offert.**

- D. Theodorus Ackermann 1) privatim materiam medicam quaternis diebus h. IV—V tradet; 2) publice artem formulas medicas concinnandi semel p. h. h. IV—V docebit.**

In ordine philosophico.

- D. Franciscus Volcmarus Fritzsche, P. P. O.,** privatim 1) binis diebus h. VIII Aristophanis Equites explicabit; 2) item binis diebus h. VIII Plauti Bacchides interpretabitur; 3) binis diebus h. VIII de re scenica Graecorum Romanorumque disseret; 4) binis diebus h. XI de antiquae comoediae scriptoribus lectiones habebit privatissimas. Denique exercitationes Seminarii philologici moderari perget, in quo Euripidis Phoenissae et Satirae Horati pertractabuntur.
- D. Johannes Roeper, P. P. O.,** privatim docebit 1) Zoologiam generalem, demonstrationibus in Museo academico illustrandam, senis diebus h. XI.; 2) initia cryptogamologiae exponet diebus Martis, Jovis et Veneris h. X; 3) de physiologia plantarum disseret diebus Mercurii et Saturni h. X; 4) publice familias quasdam difficiliore regni vegetabilis illustrabit die Lunae h. X.
- D. Eduardus Danielus Henricus Becker, P. P. O.,** h. t. Decanus, privatim 1) quinquies p. h. agriculturam et rem pecuariam docebit h. IX; 2) de praedio rite administrando totaque re rustica bene instituenda exponet quinis diebus h. III.
- D. Ludovicus Bachmann, P. P. O.,** privatim 1) ter per hebdom. Euripidis Medeam; 2) ter per hebdom. Ciceronis Epistolas ad Atticum interpretabitur. Privatissime quater per hebdom. Topographiam Graeciae veteris, duce Pausania tractabit.
- D. Hermannus Karsten, P. P. O.,** docebit privatim 1) calculum differentialem quater p. h.; 2) mineralogiam quater p. h.; 3) geologiam quater p. h. horis commodis. Privatissima proponit collegia de qualibet matheos vel physices parte.
- D. Franciscus Schulze, P. P. O.,** h. t. Rector, 1) Chemiam organicam tradet quotidie h. X—XI; 2) exercitationes chemicas moderabitur diebus Martis et Veneris h. II—VI. 3) Privatissime agronomiam docebit et exercitationes agronomicas instituet, horis definiendis.
- D. Erwinus Nasse, P. P. O.,** 1) quinquies per hebdomadem h. XII encyclopaediam scientiae politicae; 2) h. IX oeconomiam publicam privatim docebit.
- D. Reinholdus Pauli, P. P. O.,** privatim 1) aevi recentioris historiam (sec. XVI et XVII) narrabit quater hora X; 2) de origine rebusque politicis et ecclesiasticis Saxonum, Anglosaxonum, Scandinavorum disseret quater hora XI. Privatissime 3) offert institutiones chronologicas et diplomaticas bis hora XI.
-
- D. Fridericus Francke, P. P. E.,** 1) publice anthropologiam psychicam praecipiet quaternis p. h. dd.; 2) publice philosophiam Kantii et Friesii describet et dijudicabit ter p. h. Privatim 3) metaphysicam docebit, senis p. h. dd.

- D. Georgius Nicolaus Busch, P. P. E.,** privatim 1) binis diebus h. III—IV Taciti Agricola interpretabitur; 2) quaternis diebus h. III—IV Sophoclis Oedipum Coloneum explicabit; 3) quaternis diebus h. IV—V de syntaxi linguae Graecae disseret. Praeterea exercitationes societatis philologicae privatae moderari perget.
- D. Eduardus Schmidt, P. P. E.,** docebit 1) publice introductionem philosophicam in theologiam moralem, bis p. h. h. III; 2) privatim psychologiam, quater p. h. h. IV; 3) privatim philosophiam historiae inprimis novissimae, quinquies p. h. h. V.

- D. Carolus Weinholtz** privatim docebit: 1) encyclopaediam philosophiae ex systemate suo (Leipzig 1856); 2) logicam formalem ex compendii sui secunda parte (Rostock 1834), comparatis Aristotelis et Hegelii doctrinis.
- D. Julius Robert** 1) privatim quater p. h. de lingua Gallica scholas practicas habebit; 2) de vi disseret, quam literae in his scenica poesis et fabulae romanenses ad Gallorum aequalium mores habere potuerint, ter p. h. privatim; 3) scriptores nostrae aetatis Gallicos depinget bis p. h. publice; 4) publice bis p. h. exercitationes in eorum usum moderabitur, qui linguam Gallicam aliquando docturi sunt.
- D. Ferdinandus de Roda** artem harmoniologiae musicae et syntheticae et analyticae illustrabit. Praeterea in Seminarii sodalitia cantum liturgicum publice docebit. Postremo exercitationes chori symphoniaci a commilitonibus instituti moderari perget.

Bibliotheca h. XII—I quotidie, festo die et solis excepto, **Museum** autem die Lunae h. II—IV commilitonibus nostris aliisque aperietur. Peregrinas linguas ut Anglicam discendi occasio data est. Sunt etiam magistri publice constituti, qui alias quasdam artes liberales profiteantur.

Summo academiae magistratu hoc tempore fungitur

Franciscus Schulze, Ph. D.

Praesidet ordini Theologorum **Gustavus Wiggers, Th. D.**

Juris consultorum **Otto Mejer, J. U. D.**

Medicorum **Henricus Splitta, M. D.**

Philosophorum **Eduardus Becker, Ph. D.**